



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Idem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Hoc priuilegium tributum Ministris Generalibus, & Provincialibus Prædicatorum, & Minorū ordinum eligendi, deponendi, & subtiliūdi Inquisitores in suis prouincijs, prius eiā concessit Innocentius iiii. rescripto incipiente. Odore suaui, quod nos vidimus authenticū. Iam hoc ipsum primitiū trāsmisum ab eodem Clemente iiii. fratrib. Prædicatoribus, vidimus in Archivio inquisitionis Bononiensis, datum Perusij xv. Kalen. Nouemb. Pontificatus sui, anno primo, quo tribuit potestatem eligendi octo Inquisitores, Benedictus vndeclimus dēcē adiecit, rescripto incipiente: Licet olim, quod item vidimus in inquisitione Bononiensi. Ceterum nunc nec Ministri ordinum Generales nec Provinciales solēt inquisitores eligere, nec deponere, mutare, vel transferre, inconsulto sacrosancte, & generalis Romanę inquisitionis Senatu: imò vero hodie Cardinales Generales inquisitores ista conficiunt.

Edita anno Do
mini 1265.

Ex Archivio
Inquisitionis
Bononiensis.
Concordat re
scriptum Inno
centij iii. Lice
ex omnibus re
lat. sup.

[']Eymericus in
Directione, s. p.
q. 9. & seq.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio... Ministro Provinciali fratru ordinis Minorum in administratione beati Francisci, Salutem & Apostolicam benedictionem. LICET ex omnibus mundi partibus, quæ Christiana religione censemur, teneamus ex officii nostri debito extirpare lethiferā pestem hereticę pravitatis; in Italia tamen imminent nobis hęc sollicitudo propensius, ubi eandem pestem propter malitiam temporis, quæ in detinimenterum fidei Catholica peruersa genimina germinauit, ex vicinitate persensim aabundans succetuisse. Cupientes igitur in Spoletan. Fulginat. Assisiat. Nuocerin. vñque ad montes Apeninos dumtaxat, Eugubin. Ciuitate Castel. Perusin. Tuderin. Amelien. Narnien. & Interannen. Ciuitatibus, & diecessibus suis, necon & terris Machilon. & Amiterni. & dominorum de Monticellis, & Sumatis, ac etiam inde Ariquate, & Tusi Castris, & Aice de Salli, & eorum pertinentis Reatin. & Alculan. diœces. per aliquos de fratribus tui ordinis partem super hęc nostrę sollicitudinis adimpleri, discretioni tua per Apostolica scripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus de consilio aliquorum discriptorum fratrum ipsius ordinis, eligas duos de fratribus eiusdem ordinis tuae administrationis, idoneos ad huiusmodi opus Dominicum exequendum, eisque in virtute obedientia districte Apostolica præcipere auctoritate procures, vt Inquisitionis officium in locis prædictis, contra hereticos, credentes, factores, defensores, & receptatores eorum, iuxta formam in aliis litteris nostris expressam, quas fratribus prædicti ordinis Inquisitoribus huiusmodi pravitatis, in eisdem locis deputatis auctoritate Apostolica, & in posterum deputandis, non expressis aliquorum nominibus, super exequendo dicto Inquisitionis officio destinamus, exequi studeant diligenter. Nos enim prædictos duos fratres, quos ad hoc elegeris, & utrumque ipsis, prefatum officium exequi, iuxta formam in litteris ipsis expressam, ac ipsis illam potestatem, & auctoritatem plenarię habere volumus, quæ in eisdem litteris continetur.

Si vero tu vel vicarius tuus te absente, aliquem Inquisitorum huiusmodi, ex aliqua sorte causa nonnquam fore videritis amouendum, ipsum amoueat, & substituatis loco eius alium, quem similiem potestatem, & auctoritatem habere volumus, quoties vobis deliberatione cum aliquibus discriptoris fratribus dicti ordinis p̄ehabita, hoc fore videbitur faciendum: & si aliquem vel aliquos Inquisitorum ipsisdecedere forte contigerit. Nos substituendi de consilio aliquorum discriptorum fratrum eiusdem ordinis, alium vel alios loco illius vel illorum qui decesserint, ita quod huiusmodi substituti eisdem omnino auctoritate ac potestate fungantur, tibi dictoque vicario si tu abiens fueris, plenam, & liberam concedimus tenore presentium facultatem. Datum Perusij iiij. Kalen. Octobris, Pontificatus nostri Anno primo.

Io. de Camp.
pro Cur.

I D E M .

Fredericus Romanorum Imperator eius nominis secundus, ad annos Domini 1220. ad Imperij dignitatemeueūtis, non multo post tēpore ab Honorio III. Rom. Imperij diadema honorifice accepit. hic Fredericus quo anno Imperatore est pronunciatus. Patauij multas leges tulit in fauorem Ecclesie, & contra hereticam pravitatem, quas multi Romani Pôtisces confirmarunt, videlicet Innocentius III. anno Domini, 1253. & Alexander III. anno Domini 1258. & Clemens III. in praesenti rescripto anno Domini 1265. quas nominatim etiam suis rescriptis inserunt, & penitus obseruari inbent.

Eas leges in rescripto Innocentii iiii. insertas supra curauimus imprimendas: sed quoniam tunc defuerunt authentica seu originalia exempla in nonnullis variatum fuerat, & propriea consulo sublata omni lectionis varietate, & incertitudinis scrupulo alias duximus imprimendas.

Edita anno Do
mini 1265.

Ex Archivio
conuentus san
cti Francisci de
Assisio.



LEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Potestatibus, sive Rectoribus, Consulibus, Capitaneis, Antianis, Consiliis, & Communitatibus Ciuitatum aliorumque locorum per Italiam constitutis, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

CM aduersus hereticam pravitatem quondam Fredericus olim Romanorum Imperator, & tunc in Ecclesiæ Romanę deuotione persistens, promulgauerit Padue quasdam le-

ges

Officio Sanctissimae Inquisitionis.

45

A ges, per quas ne perugeatur compesci poterit pestis illa, Nos illas, quas felicis recordationis Innocentius III. & Alexander III. Romani Pontifices prædecessores nostri voluerunt ad robur fidei ac dei ac salutem fideliū obseruari, prout ipsius Alexandri Papæ litteris perspeximus contineri, volentes, in vestris Capitularibus annotari, Universitatē vestrā per Apostolica scripta mandamus, quatenus eas quarum tenores vobis mittimus in seruatis presentibus, in vestris conscribi Capitularibus singuli faciat, nullis inde temporibus abolendas: Cuiitates vel loca quibus praestis, districtu quoque seu terras vestrā ditioni subiectas, secundum eas ab heretica seditione solitite purgaturi.

Tehores autem legum ipsarum hi sunt.

F R E D E R I C V S D E I G R A T I A

Romanorum Imperator, & semper Augustus, Hierusalem & Siciliæ Rex, Dilectis principibus suis, Venerabilibus Archiepiscopis, & Episcopis, alijsque Prælatis Ecclesiastarum, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Pœstatibus, Scultetis-Aduocatis, Iudicibus, Ministerialibus, Officialibus, & omnibus per totum imperium constitutis, praesentes litteras inspecturis fidelibns suis, Gratiam suam, & omnem bonum.

CO M M I S S I nobis cœlitus cura regiminis, & Imperialis, cui dante Domino presidemus fastigium dignitatis, materialem quo diuīsim à Sacerdotio fungimur gladium aduersus hostes fidei, & in exterminium heretice prauitatis exigit exerendum: ut perfidi & ipereos filios contra Deum & Ecclesiam insultantes, tanquam materni vteri corrosores in iudicio & iustitia persequamur, maleficos viuere non passuri, per quodcum scientiam seducentem mundus inficitur, & gregi fidelium per oves moribidas grauior infligitur corruptela. Statuimus itaq; sancientes, §. 1. ut heretici quoconque nomine censeantur, vbiq; per Imperium damnati fuerint ab Ecclesia, & seculari iudicio assignati, animaduersione debita puniantur.

Si qui vero de predictis postquam fuerint deprehensi, territi metu mortis redire voluerint ad fidem unitatem, iuxta canonicas sanctiones, ad agendum penitentiam, in perpetuum carcere detinuerint. Præterea, quicunque heretici reperti fuerint in ciuitatibus, oppidis, seu alijs locis Imperij, per Inquisidores ab Apostolica fede datos, & alios orthodoxe fidei zelatores: hi qui iurisdictionem ibidem habuerint, ad Inquisitorum & aliorum catholicorum virorum insinuationem, eos capere teneantur: & eos captos artius custodi, donec per censuram Ecclesiasticam damnatos, damnabili morte perfruant, qui fidei Sacra menta & vita damnabant. Simili quoque pena plecti censemus omnes, quos ad fouendum hereticorum errorem callidus hostis suscitare aduocatos, vel parat illicitos defensores, maxime cum facinus quos inquinat, equat: nisi monitione premissa desisterint, & eorum vita duxerint consulendum. Eos præterea qui coniuncti in uno loco de heresi, ad alia loca se transferunt, ut cauti possint effundere virus heretice prauitatis, debitam censemus subire vindictam: & super hoc per vitos ab eodem errore conuerlos ad fidem, nec non & per alios, quie eos de heresi conuicerint (quod & in hoc casu concedimus licet faciendum) evidens testimonium habeatur. Item mortis sententia ducimus addicendos, si quos hereticorum ad iudicium tractos, in extrema vita periculo heresim abiurantes, postmodum de falso iuramento constiterint, & fidem mentita conuincet, ac eos continentur eiudem morbi spontaneam incurere recidivam. ut sibi damnabilis iniurias sit mentita, & peccatum debitam mendacium non evadat.

Omne insuper proclamationis & appellationis beneficium ab hereticis, receptatoribus, & fautoribus eorumdem, penitus amouemus; volentes vt de finibus Imperij, in quibus semper debet existere fidia fides, heretice labis genimina modis omnibus deleantur.

Ceterum, quia quanto maiora diuining actu in serationis accepimus, & altiore locum pre-filiis hominum obtinemus, tanto deuotiora debemus obsequia gratitudinis conferenti, si quando in nos.

E sti nōmnis contemptores nostri culminis excandescit auctoritas: si reos lege maiestatis, in personis eorum & liberorum suorum exhereditatione damnamus, multo fortius iusti & contra Dei blasphematores nominis, & catholicæ fidei detractores prouocamus: eorumdem hereticorum, receptorum, fautorum, & adiutoriorum suorum heredes, & posteros, usque ad secundam progeniem, beneficiis cunctis temporalibus, publicis officiis, & honoribus, Imperiali auctoritate priuantes: ut in paterni memoria criminis continuo metore tabescant: vere scientes, quod Deus zeles est, peccata Exod. c. c. 50. patrum in filios potenter vlciscent. Nec quidem à misericordiæ finibus duximus exceptendum, ut si qui paternæ heresim non sequaces, latenter patrum perfidiam reuelauerint: quacunq; reatus eorum animaduersione plestantur, predicte punitioni non subiaceant: innocentia filiorum. Ad hæc, notum fieri volumus, fratres Prædicatores de ordine Prædicatorum, pro fidei negocio in partibus Imperii nostri contra hereticos deputatos: ceteros quoque qui ad hereticos iudicandos accesserint, ni-

fi ali-